



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui
Guinnoci ludimagistri**

**Spauter, Johannes de
Argentorati, Anno, M. D. XV.**

Vt, Ita, Tam, Q[uod].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

Ioannis Despauterij Niniuite.

docuim⁹. Quisq; grō plurali caret. Ideo optimi cuiusq; animus dicitur pro omniū bonorū animus. Prisci. dixit omniū iudicio eruditissimorū, pro eruditissimi cuiusq; iudicio. Virgi. Lactā. & plures, q; cum positiuo locauerūt, ut probat Mancī. & Valla testat. Quintili. etiā cōparatiuo dedit, Erit ergo etiā obscurior quo quisq; deterior, sed hoc recte dici affirmat Valla. Valerius unicuiq; pauperrimo dixit. Tu elegantiā semp ama. Quisq; ordinalibus postponit lepidissime, ut primus quisq; secūsus quisq; &c. non omnis primus, secundus &c. Sic docet Valla. ueluti, Quarto quoq; anno ē bisextus. Tertio quoq; uerbo ineptūris. Milesimus quisq;. i. quūis ex mille, aut ex millenario unus ut decimā quāq; ouē tibi dabo. i. ex omni denario unā. Cice. Tertio quoq; uerbo excitabat. Singularis & unic⁹, & mediocris quisq;, quia suplatiuū nō habēt. Quotus quisq; hoc diceret, id est quot dicerēt, quasi dicā rarus aut nullus. Quotus quisq; diues est castus. Oui. de arte. Forma dei munus, forma quota quēq; superbit. i. rara aut nulla, Martia. Dic quotus es, quāti cupias cōnare nec unū Addideris uerbum, mēsa parata tibi est. i. quot estis, quotus uis cōnare, uolo tertius cōnare. i. tres uolumus &c. Hanc elegantia bene notat.

Vt, Ita, Tam, Q;

Vt & Ita consiles optāt gradus. Quinti. Quod ut longe optimū ita difficilimū. Idem. Non ut quicq; primū dicēdū, ita primū occurrit. Cice. Vt em̄ quisq; optime dixit, ita maxime dicēdi difficultatē uariolq; euentus oratiōis, expectatiōēq; hominū pertimescit. Idē de oratore. Vt quisq; optime grēce sciret, ita esse nequissimū, & hic quisq; præponit bene suplatiuo. eundē sensum faciūt Tam & Q;. Varro li. iij. de canibus loquens. Q; paucissimos relinques, tam optimi in alendo fient. Cato in re rustica. Q; acerbissima olea erit, & oleū facies tā oleū optimū erit. Cice. in Catone maiore utrūq; suplatiuū sustulit. Vt quisq; etate antecedit, ita sentētię principatum obrinet, sed hoc iuste facit Cicero, ne duas res suplatiōē habētes coniūgeret, ut sunt antecedit, obrinet. Eadē rōne imprimis, cū primis, inter primos super oēs, ante alios &c. doctus potius q; doctissimus dicimus, licet id nō semp obseruēt authores, ut Valla docet. Hanc excusationē habere non potuit Dona. dicēs in Eunu. Vt quisq; miser est, ita senior uidetur. ubi quisq; positiuo iūgūt, & diuersi gradus copulant. ideo latinius dixisset, ut quisq; miserrimus est, ita annosissimus uel maximē senex uidet, uel quo quisq; miserior, eo senior uidet. Trogus etiam hanc elegantia nō seruauit, tu sp seruato. de tā & q; dicent plura.